

Index Disputationum hoc volumine comprehensam

1. De nūmo confessorio.
2. De Annulo promisso jurato ringa. ex usu computationis gradum. 24 | 3210
3. De Hierologia.
4. De Frigisculo Kalthimigro libro.
5. De odio Edavū nuptiam.
6. De Poenitentia Ecclesiastica.
7. De Probatione paupertatis.
8. De Principū Germania legationibg.
9. De Phillantia.
10. De Molendinis ex inspecie bannavis.
11. De pecunia pupillari.
12. Res mera facultatis.
13. De Disimulatione occasione l. 14 ff de offic. Præs. d.
14. Necessitas Lex.
15. Evanesit scilicet sine lege loqui.
16. De Sententia.
17. Jus deliberandi.
18. De Precario.
19. De Hystegis.
20. De Rebg de relictis.
21. Evarium militare.
22. De Litis contestatione.
23. Antodien Selbstgüest.
24. De Pallio Episcopali.

M albrun

17
Rom

2
2
2
2
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47



C. D.

DOLUMBO. NUMADVOCATI

PRÆSIDE

DN.

GEORGIO ADAMO

Struben /

JCTO CONSUMMATISSIMO, SE-
RENISSIMORUM DUCUM SAXONIÆ CONSILIARIO IN-
TIMO EMINENTISSIMO, FACULTATIS JURIDICÆ PRÆ-
SIDE ORDINARIO, ET CURIÆ PROVINCIALIS
AC SCABINATUS ASSESSORE PRI-
MARIO &c.

*DOMINO PATRONO AC DOCTORE SUO OMNI HONO-
RIS ET OBSERVANTIÆ CULTU JUGITER
COLENDO,*

Ad d. Martii Anno 1679.

publicè defendet

AUTOR

JOHANN GEORG *Brem/* ALTENBURGENS. MISNICUS.

J E N Æ.

TYPIS GOLLNERIANIS.



C. D.

DOLLUMBO
NUMADVOCATI

PRÆSIDIS

DN.

GEORGIO ADAMO

SENIORI

LECTO CONSUMMATISSIMO, SE
RETISSIMORUM DUCUM SAXONIE CONSILIARIO IN
TIMONENSI PRÆTORIA CURIA IUDICE PRAE
SIDIO ORDINARII ET CURIAE PRAESIDENTIS
AC SCABINATUS KESSENERIE PRAE
SIDENTIS

DE NILO PATRONO AC DOCTORE HONORIS
RIS ET ORATIONIS CHAMBERLAIN
COLLEGIUM
Ab J. Mart. Anno 1779
publ. apud

JOHANNI GERG
ALTIENBURGENSIS MERICUS

1779

THE COLLEGIUM





ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Dum natura quandam cognationem inter homines constituit, *l. 3. ff. de J. & J. Cic. l. 1. § 3. Offic. Hugo Grotius de Jur. Bell. & Pac. Proleg. §. 6. & l. 2. c. 1. §. 9. n. 3. Gviliel. Grotius de Princip. J. N. c. 8. §. 3.* voluit etiam, ut nostra non solum, sed & aliena contra injuriam tueamur. Quod egregiè docet Lactantius *lib. 6.* Deus qui cæteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurfu & periculô tutiora generavit hominem verò, quia nudum fragilemque formavit, ut eum sapientem potius instrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat contraque omnia pericula & accipiat & præstet auxilium. vid. *H. Grotius lib. 1. c. 9. §. 2. & l. 2. c. 25. §. 6. Pufendorff. de J. N. & G. l. 3. c. 3. §. 1. Molina. de J. & J. Tom. 1. Tr. 2. Disp. 22. n. 1. F. Vasquius Controvers. Illustr. 1. lib. 1. c. 21. n. 29. etc. 49. n. 6. Lipsius Polit. l. 5. c. 4. §. 6. & seq.* Inde Laudabile vitæque hominum necessarium officium Advocati. *l. 4. pr. C. d. Advoc. divers. Judic. Chassan. Catal. Glor. M. P. 7. conf. 28.* Inde bella orta & jus belli, ut tam alios quàm nosmetipsos defendamus. *H. Grot. l. 2. c. 25. §. 1. §. & seq.* Quoniam verò nihil ad Justitiam interest, cum justum bellum susceperis, utrum apertâ pugnâ vincas nec ne, *c. dominus. 23. q. 2.* Ita nec vitio vertitur Advocato, si prudenti consilio seu dolô bonô ad tuendum jus sui Clientis improvisô utitur: Sunt enim & ipsi milites, nec minus provident humano generi, quàm si præliis atque vulneribus Patriam Parentesque salvarent. *l. 14. C. de Advoc. div. Judicior. Chassan. cit. loc. confid. 30.* Hinc vulgò

dicitur: nihil bello tam simile est, quam lis & iudicium. Quid autem sit dolus iste bonus, & quatenus Advocato licitus, incertum videri posset ob DD. in eò determinandò discrepantiam. Quare qui aliàs denuò periculum quoddam academicum eram ausurus, inter alias utiliores materias juris hanc enucleare, & publicè disputandam proponere, ratum habui. Hoc ergo ut fiat feliciter, faxit

DEUS ter opt. Maximus!

CAPUT I.

NOMINA ET INPRIMIS DIVISIONEM DOLI EXPLICANS.

THESES. I.

Voc. Doli
Etymsol.



Um verba rebus debeant inservire. §. 3. *J. de donat.* ratio postulat, ut tanquam fundamenti prior quidem sit istorum tractatio, harum verò præcipua. Verbum igitur *Dolum*, à græco *dólos* habere originem agnoscimus cum Rittershusio *Comm. ad l. 23. de R. J. cap. 4.* hoc autem à *δέω ligo* quidam derivant: quod homines dolò inducti videantur quasi ligati; quidam à *δελείζω inescō*, quasi eò ipsò escà caperentur. De quibus plura apud Cels. Bargal. *de Dolò l. 1. c. 1. n. 15.*

THESES. 2.

Est Vocabulum
μισον.

Est autem, ut in sequentibus patebit, nomen hoc ex genere *τῶν μέσων seu indifferens*, ut pro substratâ materia tam in bonam partem quàm malam æqualiter interpretari queamus. A. Gellius *N. Att. lib. 12. c. 9.* Magnif. Dn. Præses in *dissert. de Damnis th. 29.* C. Rittershus. *l. cit. pag. 15.* & ita in summò genere solet nonnunquam dici *Consilium*, test. Hotomann. 4. *obs. 4.* Quemadmodum autem hoc aliud *bonum* dicitur, aliud *malum*. *l. 7. §. 11. ff. de public. in rem act. l. 1. §. 3. ff. de serv. Corrupt. l. 53. de V. S. Ita & Dolus vel bonus est vel malus. l. 1. §. 3. ff. de dol. mal. ubi*

ubi ita Ulpianus : Non fuit contentus Prætor dolum dicere; sed adiecit malum : quoniam veteres etiam dolum bonum dicebant & pro solertia hoc nomen accipiebant. l. 1. §. 3. ff. de serv. corr. Bargal. l. 1. c. 2. & ibi allegati. add. H. Grotius de J. B. & P. l. 3. c. 1. §. 6. n. 3. & §. 7. ubi distinguit inter dolum qui consistit in actu negativò, & qui in actu positivò. Per hunc malum intelligit; per illum bonum. Magnif. Dn. Præses Syntagm. Jur. Civ. Ex 8. th. 23. it. Ex. 23. th. 19. & dissert. de Damnis. l. cit. Illustris per orbem Politicus, Dn. Conring. de Civ. Prud. cap. 2. pag. 20. Magnif. Dn. Schilter Manuduct. Phil. Moral. cap. 6. §. 6. 7. Excellentiss. Dn. Falkner in Diss. de dolo, culpa & casu, th. 2. 3. C. Ritterhus. l. c. Gryphiander Oecon. Legal. l. 1. c. 14. n. 35. & c. 16. n. 392. Treutler Vol. 1. disp. 11. th. 6. Förster. ad Instit. l. 4. disp. 17. th. 2. Hakelm. Illustr. quest. disp. 9. th. 1. Dessel. Erotem. Juris Canon. de dol. & cont. qu. 1. Mollenbecc. Divis. Jur. Cent. 1. d. 67. lit. c. Giphhan. Proëm. Diss. ad instit. th. 4. P. Laymann. Theol. Moral. Tom. 2. l. 4. tr. 3. c. 13. n. 11.

THES. 3.

Eodem modò in Jure nostrò dicitur *venenum bonum & Plura e-*
malum, l. qui venen. 236. de V. S. ita, ut adjectione demum alteri- *iusmodi*
 us nominis inter utrumque fiat distinctio, neque simpliciter *vocabula*
 venenum appellatum facillè invenias, teste Cajò ad leg. cit. Nec
 est absimile, quod circumfertur : *bonis & malis avibus.* Eras-
 mus Epit. Adag. pag. 80. Item quod *Ludus* sit aut *bonus* aut
malus : hic est, qui lege prohibetur. l. 1. ff. de Aleator. Insuper
 Jura nostra meminerunt sæpè *bona & mala fidei.* l. 31. ff. de pos. l. 4.
 C. de act. & oblig. l. 3. §. 3. pro soc. l. 1. §. 1. l. 7. §. 4. pro Emor. add. Dn.
 Schilter l. cit. c. 7. §. 7. Molina de J. & J. Tom. 1. tr. 2. Diss. 63. n. 3.
 F. Vasquius Controv. Illustr. P. 1. l. 2. c. 77. Plura hujus naturæ vo-
 cabula suppeditat Gellius N. A. l. 12. c. 9.

THES. 4.

Vox Doli in specie cognitionem habet cum simplici- *Cognatio*
 bus animi nostri affectibus, quales sunt : amor, ira, odium, *doli cum*
 spes, desiderium &c. Bargal. l. cit. c. 2. n. 5. Quemadmodum *simplic.*
 enim hi moraliter considerati seu quatenus sunt affectus, *animi af-*
 nec *fectibus.*

nec illorum nomina pravitatem, vel bonitatem quandam involvunt, sunt indifferentes, & demum boni dicuntur, si moderantur ratione: si minus, mali. Uti contra Stoicos disputat Aristoteles 2. *Eth. c. 5. t. 27.* vid. Hornei. *Phil. Moral. l. 2. c. 6. n. 8.* Dn. Schilter. *Manud. Phil. Mor. c. 5. §. 6.* Et sicuti omnis actus exterior ex iis proficiscens tunc bonus est, si rectæ rationi conformis: si verò dissonans malus. Sic v.g. amor bonus est & malus; desiderium; ira; odium; bonum & malum, prout rectæ rationi consentiunt vel ab illa discrepant: Ita & vocabulum Dolus est indifferens, ut nisi vel tacitè alterum istorum addas, non possis dicere, quod sit malus aut bonus. Sed tunc demum erit bonus, si fiat executio consentaneè ad rectam rationem; malus vero, si perversè, ut loquitur Molina de *J. & J. Tom. 2. tr. 2. Disp. 293. n. 1.* Huc pertinent verba Aristotel. *VI. Ethic. 13: Est quedam facultas quam δεινότητα hoc est solertiam vocant: Hec talis est ut ea quæ ad propositum scopum tendunt, possit quis agere atque consequi; Quod si ergo honestus est scopus, laudanda quoque est illa: si malus, πανουργία s. versutia est.* Illustrat hæc locus ap. Chrysostomum *lib. 1. de sacerdot.* qui ita loquitur: *Fraus ipsa non semper incommoda est, sed pro eorum qui eam adhibent animò atque consilio, bona maleque rei nomen sortitur.* Scribit quoque Basilus Magnus in *Expos. Prov. Salom.* quandam vafritiem bonam esse & laudabilem. Nec Æschylus negat justam fraudem, quæ est ipse dolus bonus, quem Smyrnæus in *Paralipom. Homer.* aliquoties vocavit δόλον & δλον. vid. Rittershus. *l. cit. p. 15. & seq.* Add. iterum Dn. Præses & Grotius *ll. citat.*

THESES. 5.

Præmissis hisce patet, in voce doli generaliter & abstractivè sumtâ nihil culpæ latere, multò minus in ipsò Dolo bonò. Proinde certissimum est, extra hujus vocis innoxiam esse significationem, quod ejus prætextu multa ab Advocatis committantur, quæ cum gravitate tanti officii pugnant. Patet etiã exinde error, & quâ vocabulum afficiunt, injuria eorum, qui dolo

In dolo bonò nihil mali latet.

dolo bono malum quid admiscant, eumque cavillationibus, malitiosis technis, circumventionibus comparant, & saltem ex eò bonum dictum volunt, quod æqualem cum dolo malo in se non contineat malitiam & propterea poenæ in foro soli sapius non subiaceat. Hujus erroris causa sanè non alia est, quàm ipsa doli mali, fraudis & malitiæ inter homines frequentia; de quâ vide Lips. *l. 4. Polit. c. 13. n. 4.* Ex hac enim tandem apud vulgum nata est opinio, quâsi vox doli in genere, sua natura malum indigaret, & sub eò id, quod in se & sua natura bonum est, sine puræ veritatis dispendiò haud posset comprehendi. Quem non vulgi solum sed & quorundam Authorum errorem, inter alios quoque generaliter notat Dn. Conring. *c. cit. 2. de Civ. Prud. p. 23.* Anne vero isti exinde recte hîc judicare possint? quis non dubitat, & convenientius putat esse cum eruditis, Vulgum & hujus loquendi consuetudinem non admittere Interpretem talis modi vocabulorum. Add. Grotius *l. 2. c. 16. §. 3.* præsertim quod nostra, quam explicavimus, significatio ipsius Imperatoris nitatur approbatione. *l. 1. §. 3. de dol. mal.*

THESES. 6.

Hoc idem si observassent alii, nostram divisionem Doli in bonum & malum non oppugnarent dicendo: vocem Doli propriè & accurate loquendò tantum competere dolo malo, impropriè & abusivè etiam bono. Sanè enim eòdem ducuntur errore. Proinde nihil impedit, quin rectè dicamus, sicut amor bonus seu malus est verus amor ita & dolus tam bonus quàm malus est verus & propriè dictus dolus.

THESES. 7.

Nec adjuvat eorundem sententiam, quod appellatio-
ne doli in dubiò intelligatur malus, veluti *l. 1. §. 2. C. de Dol. l. 10. C. de rescind. vendit. l. 5. C. de in ut. stipul. l. 13. C. de Peric. & comm. rei vend. l. 3. §. ult. pro sociò.* Hoc enim nihil ob-
stare alibi dicit Grotius. *l. 1. c. 1. §. 2. n. 3.* cum certissimum sit, nomen generis sæpè speciei peculiariter adhærescere. Dein patet ex dictò Pauli *ad Corinth. 2. c. 12.* cum essem astutus, dolò vos cepi, quod similiter bonus dolus nonnunquam in dubiò

Dolus bo-

n9. dicitur

propriè do-

lus.

Quamvis

in dubio

malus in-

telligatur

dubiò veniat intelligendus. Proinde respondeo, quod quando simplex appellatio doli vel veneni ad malum refertur, non fiat potestate & vi ipsi verbi; Magnif. Dn. Præses *Dis. de Damnis. lib. 30.* sed vel ex subjectâ materiâ id contingit, vel ex adjunctò, vel ex qualitate personæ loquentis, vel personæ de qua loquimur. (De quibus interpret. modis potest legi Grotius *l. 2. c. 16. §. 4.* Pufendorf. *de J. N. & G. l. 5. c. 12. §. 7. & seq.* Everhardus *Top. leg. loc. à subj. mater.*) Præsertim, cum omnibus hoc vocabulis, quorum duplex significatus, sit commune, ut quantum vel subjecta materia, vel persona, vel adjunctum suadent, in bonam vel malam partem possimus interpretari, prout multis exemplis hoc docet Navarra, *in Manual. prælud. n. 4. & 5.*

THESES. 8.

Dolus e- que dicitur de bono & malo. Quare non dubitandum, simplicem appellationem doli suâ vi non referri magis ad malum, quam ad bonum, quoniam utrumque continet, sicuti testamenti vox non magis ad scriptum refertur, quam ad nuncupativum; nec peculii nomen ad castrense potius quam quasi castrense, quod multis probat Alex. *Cons. 203. vol. 2. & Cons. 116. vol. 4.* ostendens se ita obtinuisse in forò & salvasse aliquos accusatos de Dolò & venenò, quòd in accusatione non fuisset expressum qualis dolus & quale venenum vid. Bargal. *l. 1. c. 9.* Imò in tantum dolus bonus in bonam partem sonat Azoni, *in summ. Cod. & Hostiens. X de Dol. & contum.* ut dixerint, *bonam indolem* Juvenis à bonò Dolò appellatam, & cum dicimus, Juvenem aliquem bonæ indolis esse, significamus, bonum dolum habere. Hæc de doli divisione.

THESES. 9.

Synonyma. Solet alias *dolus bonus* quoque dici *solertia* ut in *l. 1. §. 3. ff. d. Dol. mal.* Item *Prudentia* Gryphiander *Oecon. legal. lib. 1. c. 16. n. 392.* ab aliis etiam *Dissimulatio. l. 1. §. 2. de Dol. mal.* Grotius *l. 3. c. 1. §. 7.*

THESES. 10.

Dolus bonus est multiplex. Multiplex quoque est dolus bonus, sic v. g. aliò utuntur *Bellici duces*; aliò *Medici*; aliò *Judices*; aliò quoque *Advocati*.

vocati, de quò nos sumus acturi. De iis confer. cap. nostr.
ultimum.

THESES. II.

Vocem *Advocati*, Græcis παράκλητος. vid. Schrevel. in *Advocati*
lex. Man. Græc. lat. à præpos. *Ad* & verbò *vocare* rectè de- *Eymon.*
duci, nemo nescit. Quod exprimit Hotomannus *annot. ad*
Cic. Or. pro. Quinct. Moris erat in iudiciis tum publicis tum
privatis amicos omnes advocare, quorum autoritate mo-
veri, iudices posse putabantur, iique dicebantur *Advo-*
cati. Ut itaque nobis sint, quorum Consilium, opem &
Patrocinium in iudiciò clientes advocare solent. Cujac. *ad*
Tit. Cod. de Advoc. div. Jud. Et Baldus *ad l. 6. C. qui admitt. ad*
bon. poss. dicit: sicut mulieres & rustici vadunt ad sylvam pro
lignis, & ad Civitatem pro indulgentiis; Ita etiam debent
adire *Advocatos* pro consiliis.

THESES. 12.

Ne tamen quoslibet in foro agentes intelliga-
mus, & ne vocabulo hoc ab Imperatore ipso *l. 14. C. de*
Advocat. div. Judicior. l. 4. C. de Advoc. div. Jud. sum- *Qui nam*
mis laudibus mactatò, cum rudi vulgo abutamur, *verèdican-*
initiò statim ex eorum consortio rejicimus *Rabularum* istum *tur Advo-*
venalem gregem ut rectè Senecæ audit, eosque omnes, quos *cati?*
vivid coloribus depingit Berlich. *in Concl. Pr. Part. 1. concl. 9.*
n. 60. & seq. Quorum proprium etsi miselli illi plebeculi aut
infcitia aut invidia ducti *Advocatis* impingant; hi tamen
haud quicquam commoventur, sed perinde ut equus gene-
rosus latratus canum, alto supercilio despiciunt, dicente
Schönbornerò *lib. 3. Polit. c. 41.* Separamus igitur bonum a
malò; quantum enim vera & simulata *Jurisprudentia*; quan-
tum artificium & maleficium, quantum item usus & abusus
inter se distant, tantum quoque *Advocatus* & *Rabula*. Eos-
que solum intelligimus, qui nonnisi *Pietate*, *probitate*, *pru-*
dentia, *modestia*, & *sufficienti Legum scientia* instructi fo-
rum ingrediuntur. Tantum enim abest, ut illa cohors sciat
utì dolò bonò, ut potius nesciat, quicquid boni nomen
meretur.

B

THESES.

THES. 13.

*Descri- Dolum bonum Advocati describo, quod sit Solertia seu
ptio dol. prudens & callidum Consilium recte rationi conveniens, quò Ad-
bon. Ad. vocatus utitur in bonâ justâque causâ ad jus suum vel. alienum ob-
voc. tinendum.*

CAPUT II.

OSTENDENS

DOLUM BONUM ADVOCATO ESSE LICITUM.

THES. 1.

*Q. An li-
citus sit
Advoca-
to Dolum
bonum?*



Anâ & verâ doli boni significatione sic vindica-
tâ, facilius erit responsio ad quæsitum tam grave
aliâs quàm usitatisimum: *Num liceat Advocato
in justâ causâ uti dolo bono nec ne?* Cui tamen præ-
mittenda imprimis explicatio verbi *licere*, ut-
pote quod est in triplici differentia. Nempe di-
citur interdum *licere id*, quod rectum ex omni parte pium-
que est, etiamsi forte aliud quid fieri possit laudabilius: Sic
licet matrimonium contrahere, sed laudabilior est ex piò
proposito cælebs castitas. Aliter *licere* aliquid dicitur, non
quod salvâ pietate & officiorum regulis fieri potest, sed quod
apud homines pœnæ non subjacet, sic apud populos multos
scortari licet, furari, & hoc sensu Regibus dicuntur omnia li-
cere, quia sunt ἀ νόμιμον. H. Grotius l. 3. c. 4. §. 2. n. 1. & 2.
Pufendorff. l. 1. c. 7. §. 2. Quædam *licere* dicuntur, quæ in me-
diò sunt & Græcis dicuntur, ἀ διάφορα, ut in militiam ire, rus
colere, causas defendere &c. Gellius. l. 2. c. 7. Hæc in se sunt in-
differentia, & neque ad præcepta, neque ad prohibita perti-
nent per se, per accidens tamen ad alterutrum labuntur. Dn.
Schilter. *Manud. Phil. Moral. cap. 6. §. 23.*

THES. 2.

Resp.

Jam ad quæstionem propositam respondeo affirmando, do-
lum bonum Advocato esse licitum, nimirum in tertio hoc & ultimo
genere

genere, vel hoc sensu: *est licitus, quia per se neque præceptus nec prohibitus.* De eò nullus dubitat, an verò hoc rectè sese habeat, sequentia declarabunt.

THESES. 3.

Videlicet si prohibitus est, aut Jure Divino, Naturæ, *Dolus bonus* Gentium aut Civili est prohibitus. Sed non Jure Divino & *Nus Ad-* Naturæ: Quia id nullibi invenies. Licet quidam objiciant *voc. non* dictum Pauli: *Non esse facienda mala ut eveniant bona ad Rom. est probi-* 3. v. 8. item *mala facienti non occurrendum malis.* Ibid. c. 12. *bitus Jure* v. 17. 1. *Thess. 4. v. 6. it. c. 5. v. 15.* Et quod potius ferenda sit inju- *Div. &* *ria quàm facienda* 1. *Cor. 6. v. 7. 8.* In his enim aliisque Script: *Naturæ,* Sacra. præceptis dolum malum, omneque quod ad ejus sortem refertur, esse prohibitum; vel ista in iis solum locum habere, quæ in genere sunt semper malorum, cum Grotio l. 3. c. 1. §. 6. n. 4. lubenter concedo. Quod idem sentit Dn. Conring. de *Civil. Prud. c. 2. pag. 21.* perhibens, DEum non alias quam malas & in perniciem innocentium excogitatas fraudes averfari. Porro dicunt: *Neminem esse ledendum.* Ad quod Resp. *Neminem lædit, jure suo qui utitur. l. 3. §. 2. ff. de lib. hom, exhib. l. 55. de R. J. Menoch. de præsumt. l. 6. q. 29.* Grotius l. 2. c. 1. §. 12. n. 1. Mascard. de *Probat. Concl. 1051. n. 31.* & juris executio non habet injuriam. l. 13. §. 1. de *Injur. & famos. lib.* Nec obstat regula communis: *Quod tibi non vis fieri alteri ne facias.* Quidni enim & ipse hoc sibi fieri velit Advocatus? cum nemo ratione rectâ utens, velle non possit, ut proximus jus suum vel alienum licitis modis tueatur. Quia igitur hoc in aliis probat, cur in se reprobare debeat? aut cur non eodem jure utatur, quod in adversarium statuit? Hæc omnia magis confirmare poterunt tam quod habet Bargalius l. 1. c. 4. n. 8. scilicet, non esse prohibitum dolum bonum Jure Divino & Naturæ, quod ipse DEus nonnunquam eodem dicitur usus, veluti c. 22. *Genes.* ubi dixit: Abraham tolle filium unigenitum &c. Quem tamen nolebat DEUS à Patre immolari, sed tentabat affectum Patris. Quàm & alia exempla Sacra, nimirum *Rebecca. Genes. 27.* dum benedictionem

Isaaci majori filio promissam, minori comparabat. add. Dn. Schilter. *Manud. c. 8. §. 4.* Dein Jacobi, *Gen. 30.* cum de Labani soceri grege plus participaret industriâ. Item Josephi. *Gen. 44.* vid. Grotius *l. 3. c. 1. §. 15. n. 2.* & Pufendorff. *d. J. N. §. G. l. 4. c. 1. §. 16.* Ex quibus Musculus *Comment. ad Genes. pag. 631.* convinci putat, non omnem simulationem aut dolum esse damnandum, quamvis in iisdem singularis quaedam dispositio reluceat, nec temerè sit ferenda sententia secundum externam faciem, aut petenda ex his imitationis doctrina: Sunt enim ut ille pergit, singularia & communi nostro iudicio haudquaquam subicienda: Nam quicquid hic factum, divina dispositioni tribuendum. Ulterius potest addi *Lib. 2. Reg. 13.* ibique Caspar Sanctius *Comment. ad 4. lib. Regum. Judith. c. 10. 11. 12. 13. Josuæ c. 8. Judic. 2.* & plura quæ reperiuntur ap. Rittershus. *Comm. ad l. 23. D. R. J. cap. 4. pag. 16. §. 17.* præsertim tamen locus Matthæi *10. v. 16.* *Estote prudentes sicut serpentes & simplices uti columbe.* Ubi verbum simplicitatis notandum, quod sit in duplici differentia: Alia videlicet opponitur prudentiæ, & dicitur aliàs fatuitas; alia opponitur dolo malo, quæ hic intelligitur, ut nimirum simus simplices seu nesciamus proximum dolò malò lædere. Quamvis hæc Suis explicanda omninò malim relinquere.

THES. 4.

Nec est Jus Gentium & Civile quod attinet, neutrò itidem prohibitus bitum hunc dolum bonum invenio. Licet obstare videatur, *Jur. Gent. quod calliditas nemini debeat nocere & alteri prodesse l. 11. §. 1. in fin. & Civ. ff. ad exhib. vel quod dolus nulli debeat patrocinari, l. 5. pr. si quis caut. l. 12. de dol.* Id enim & cætera omnia quæ hujus sunt argumenti, quoad calliditatem & dolum malum facillime concedo & probo. Si ulterius quis urgeret: *nemini cum alterius detrimento esse consulendum,* Dn. Richter. *Reg. 18.* Ad hoc respondebit *th. præced.* quod nullum hîc intelligatur detrimentum, quia jure suo utens nemini injuriam facit, igitur nec Advocatus qui saltim clientem jus suum docet. Porro si contendet: *Malum sub specie boni non esse admittendum.* Barbof.

172

in *Axiom. lit. M. n. 14.* Respondeo iterum ex præcedentibus, planè non esse malum, sed forsan præcipiti vulgo tale aspectu. Inde autem turpe non erit, quod plerumque turpe haberi solet. *Cic. 3. Offic.* Sed certum est, utar hîc verbis Grotii *l. 1. c. 1. §. 10. n. 6.* fieri interdum, ut etiam in his actibus imago quædam mali fallat incautos. Quod in laudato suo opere de *Civ. Prud. c. 2.* etiam fatetur Dn. Conring. pag. 23. Cujus rei iniquitatis maculam fallacibus vulgi judiciis contractam prolixius abstergere, sicut istius nec mei fit instituti.

THESES.

Ostensum ita nullò jure prohibitum esse dolum bonum *Q. An Advocati. Anne autem pari passu ambulet Dissimulatio & eo. dissimulatio modo Advocato sit licita? Q. Quod sicut istud rectè omnino affirmatur, quoniam in his negotiis nulla intercedit specialis obligatio, ut sensa animi sui & cogitata Advocatus suo adversario pandat, aut quicquid ipsi audire forsan utile esset, statim dicat, ut alibi loquitur Grotius l. 2. c. 12. §. 9. n. 1. Hinc rectè ait Puffendorff. D. J. N. & G. l. 4. c. 1. §. 7. Manifestum est me non teneri omnia quibusvis indicare, quæ ipse in animò volvo, sed illa duntaxat, ad quæ intelligenda isti jus habent, quod obligationi, quæ in me est, ex adversum respondeat: adeoque rectè ea tacendo dissimulare posse, quæ ut ex me sciat alter, jus non habet, neque ad id aliqua obligatione teneor. Contradicit equidem nobis Cicero l. 3. Off. p. m. 385. & ex omni vitâ simulationem dissimulationemque tollendam esse contendit. Enimverò res salva est. Hinc contra eum ita infurgit Grotius l. 3. c. 1. §. 7. Crude nimis à Cicerone dictum est: Ex omni vita simulationem dissimulationemque tollendam. Nam cum nec omnia quæ scis, nec quæ velis, aliis aperire tenearis, sequitur, ut dissimulare quædam apud quosdam, id est tegere & occultare fas sit, Hinc Augustinus: Licet Veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione, lib. contr. mend. c. 10. Idem defendit Hornejus *Phil. Mor. l. 3. c. 10. n. 5.* dum dicit: Etsi Mendacium dicere nullatenus liceat, Veritas tamen celari interdum & honeste reticeri potest. Etsi enim virtus vetat falsum dicere &*

quicquid asseritur, precipit, ut verum sit, non tamen id efflagitat, ut semper effutiat, quod tale quidem est, sed efferrè non convenit. Hinc Pindarus *Nem. od. 5. τὸ σιγᾶν πολλαίσις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπων νοῆσαι.* Scire tacere est sæpè sapientissimum inter homines. Et Salomo *Prov. 29. v. 11. Stultus quicquid novit, profert, sapiens differt & reservat imposterum.* it. *Syrac. c. 9. v. ult. Non omni homini cor tuum manifestes.* Imò & DEUM ipsum in eò sequi videmur, qui ipse non solum dissimulare solet. vid. B. Lutherus *c. 22. Genes.* sed & futura rarò aliter quam verbis suspensis & obscuris per vates suos prædicere. Dn. Conring. *de Civ. Prud. c. 2.* Quibus igitur satisfieri potest *Ciceroni*, præsertim cum sibi ipsi non unò locò contradixisse evincatur à *Grotiò l. cit.* Cui add. *Magnif. Dn. Schilter. Manud. ad Phil. Mor. c. 6. §. 6. in fin. it. c. 8. §. 14. Dn. Rachel. in Comment. ad Offic. Cicer. l. 6. pag. 483. 487. 491. D. Ziegler Comment. & Excellentissimus Dn. Veltthem in Introd. ad eund. loc. Grotii. Pufendorff. l. 4. c. 1. §. 9. n. 12. H. Uffelmann. de Jure quo homo hom. in serm. oblig. cap. 5. th. 3. & seq. P. Laymann. Theol. Moral. Tom. 2. l. 4. tr. 3. c. 132 n. 10.*

THES. 6.

Dolus bonus, non pugnat cum honestate Advoc. Tandem si omnia hæc licere Advocato fuerit concessum, objiciunt alii: *Pugnare tamen hæc ipsa cum honestate & fama Advocati*, si quidem non omnia quæ licent, etiam sunt honesta, per *l. 144. de R. J.* Sed his facile occurritur & quidem, quod hoc attinet, distinctione liciti supra *th. 1. hujus cap.* traditâ, ubi alia licita dicebantur, quæ neque præcepta neque prohibita per se sunt, sed veluti adiaphora, quo retuli dolum bonum: alia quæ magis ad prohibita Jure naturæ primæ & incorruptæ accedunt. Hisce verò non illis rectè opponitur honestum, & inde *l. cit. 144. d. R. J.* dicitur, non omne quod licet honestum est. add. *Dn Schilter. c. 6. §. 18.* Deinde id ipsum non pugnare cum honestate, testatur supra *th. 5. alleg.* Hornejus qui expressè addit verbum honestè, nonnunquam scilicet *honestè* reticere veritatem, vix quoque permisset

fisset rigidus aliàs veritatis exactor Augustinus *l. cit.* dissimulationem, nisi salvâ honestate. Et plura paucis, quis audebit dicere, nobili huic officio licere, quæ tamen inhonesta sunt, cui non ignotum tritum illud: *Nemo quid potest, nisi honestè; vel nullus dicitur illud posse, quod honestè non potest.* l. 125. ff. de V. S. ibique Gothofr. Proinde certum est, salvâ conscientia & honestate licere Causerum Patrono supra descripto dolô bonô in justâ causâ uti, ut suum vel alienum jus defendat ac consequatur. Tiraquell. *de retract. Praef. n. 71.* vid. Gryph. *Oecon. Legal. l. 1. c. 14. n. 35. it. c. 16. n. 392.* Add. Magnif. Dn. Præses *Synt. Jur. Civ. Ex. 7. §. 8.* Grotius. *l. cit.* Dn. Conring. *l. cit. § p. 23.* Dn. D. Petrus Müllerus Jctus & Antecessor in nostrâ Salanâ Excellentissimus, Patronus meus Præceptor & Hospes singulari observantiâ demerendus. *in Coll. Publ. ad R. J. Part. 2. D. 1. Dn. Nicolai, in Process. Judic. Part. 1. c. 2. n. 17.* Petr. Gregor. *l. 49. Syntagm. 6. n. 30.* Magon. *de rect. patr. rat. c. 5. n. 28.* Covarr. *1. var. Resol. 2. n. 1.* Rosbach. *in Process. Civ. t. 18. n. 17. & seq.* Perez. *ad tit. C. de Advoc. divers. Jud. n. 17.* Christianus. *in Decis. Belg. Vol. 2. Decis. 130. n. 4. & seq.* Quicquid igitur Bouricius de Advocato c. 7. dicat: *Ne scilicet quis sibi blandiatur, & bonum dolum esse putet, quò utitur, eumque Legibus Civilibus quinimò Canonicis permissum esse solertiamque vocari. Lex enim divina (ita pergit,) clara est & rotunda, omnibus Christianis mordicus observandâ, qua omnem omninò dolum, fraudem ac circumventionem proximi prohibet absque ulla distinctione & exceptione.* Huic enim satisfactum in præcedentibus, quæ ne actum agam, repetere hic supersedeo. Quivis etiam facile judicare potest, Bouricium eorum errare errorem, qui dolum in genere suâ naturâ malum quid implicare falsò putant, cujus contrarium deduxi *cap. 1. sequitur.*

CAPUT III.

EXHIBENS
 QUASDAM ALIAS QUÆSTIONES HUC
 SPECTANTES.

THES. I'



Atenus consideravimus, quid sit dolus bonus & quomodo dicatur Advocato licitus. Ex quibus conijcere licet, quod si vel istius objectum, vel finis, vel aliæ circumstantiæ non sint bonæ, & ipse haud mereatur dici bonus: rectè enim hîc ait Aristoteles 3. *Eth. c. 7. t. 94. Peccata committuntur alia, quod id agitur quod non oportet; alia, quod non ut oportet; alia, quod non quo tempore oportet; aut aliquid hujusmodi.* Add. P. Laymann. *Theol. Moral. T. 1. l. 1. tr. 2. c. 9. §. 7.* Quare potius dicendus erit malus quàm bonus. Hinc ista resultat quæstio: *Anne etiam dolò malò possit uti Advocatus in bonâ & justâ causa? vel aliter: an possit adversariorum cavillationes & malitias aliis cavillationibus malitiis que similibus licitè repellere in bonâ causâ, & sic dolò malò contra dolum uti?* Tametsi verò multi huic quæstioni affirmativè subscribant, & sic non solum bilem amaram remediò amarò posse dilui statuunt, ac proinde perversè tam illud Catonis:

Tu quoque fac simile sic ars deluditur arte.

Quàm & istud svadent:

--- --- --- *Lex equior nulla,*

Quàm necis artifices arte perire sua.

Sed etiam aliàs concedant, dolum malum in bonâ causâ suò modò esse licitum. vid. Vent. de Valent. *Parth. litig. l. 1. c. 10. n. 31. & l. 2. c. 6. n. 5.* ibique allegati. Quibus adstipulantur Ant. Butr. *ad c. 1. X. de Mut. petit. n. 21.* Mynsinger *cent. 3. obs. 6.* Boss. *in Pr. crim. tit. d. Resp. à Reò Rebuff. in l. un. C. de sentent. qua pro eò quod interest. notab. 9.* Schnobel. *Disp. 3. th. 4.* Decius & Cagnol. *in l. 65. ff. d. R. §. n. 3.* Wesemb. *in Parat. C. de Advoc. div. Jud. n. 2.* Hippol. de Marsil. *singul. 177.* Hillig. *ad D. nell. 18. comment. 3.* Ilic. Umnius. *in process. Judic. Disp. 2. th. 8. n. 41.* Et plures alii. Neutri tamen horum planè consentire possum. Quanquam plurimi ita affirmant, ut mendacium & perjurium excipiant, (unde videri possent quasi nobiscum sentirent, & bonum hîc dolum intelligerent;) in eò

Q. an
Advoca-
to liceat
uti dolo
malò in
justâ cau-
sâ?

eò tamen minimùm peccant, quod dum malitiã tolli malitiam, decipi & circumveniri adversarium posse adstruunt, mala media ad suum obtinendum adhiberi posse putant, & ita id ajunt, quod propriè nonnisi de dolò malò prædicari potest.

THES. 2.

Arridet igitur potius ea opinio, quæ dicit, *non licitum esse dolo malo contra dolum uti; vel planè nullum dolum malum, quo circumveniri ac decipi possit adversarius, etiam in bonã causã esse licitum*: hanc enim non solum omne jus, sed & ipsa honestas præcipit. Ad quod confirmandum primò huc rectè collocamus ea, quæ c. 2. 1b. 3. ex Sacra Scriptura allegabantur, scilicet: *non esse faciendã mala ut inde bona evcniant, ad Rom. 3. v. 8. Sc.* item quod habet Augustinus. *contr. mend. c. 7. Ea quæ constat esse peccata, nullò bonæ causæ obreptu, nullo quasi bonò fine, nullã velut bonã intentione faciendã sunt.* Deinde *nemo id faciat, quod sibi fieri non vult, juxta reg. comm.* Eo ipsò autem dum vicissim quis dolò malò ad repellendum alterius dolum utitur, declarat, quod nolit sibi tale fieri. Porrò Jura Civilia dolis malis ac fraudibus omnibus modis occurrendum esse statuunt. *l. 1. pr. § 12. ff. de dol. & in specie l. 14. §. 1. C. de judiciis* dolum malum tacitè improbat in Advocato. Quis enim non videt Jus nostrum nimis ita prostitui, omnisque generis fraudibus aperiri fenestram; imprimis autem suspectum reddi honorificum officium Advocati, qui Justitiæ sunt Sacerdotes *l. 1. §. 1. ff. de J. & J. Chassan. Catal. Glor. Mund. P. 7. Conf. 18.* & antistites, unde eos graves esse oportet, sanctos, severos, incorruptos inadulabiles, dicente A. Gelliò. *N. A. l. 14. c. 4.* Hic ergò rectè exclamamus cum Tulliò, *l. 3. Off. tollendæ sunt astutiæ eaque malitia, quæ vult quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab eã distatque plurimum.* Cui opinioni præter eos quos allegat Vent. de Valent. *l. 1. c. 10. n. 32. § 1. 2. c. 6. §. 7.* accedunt Magnificus Dn. Præses *Synt. J. Civ. Ex. 7. §. 8. it. in Evolution. ibid. pag. 110.* Jurisconsultissimus Dn. Petrus Müllerus *in supra laudato Colleg. Publ. ad R. J. Part. 2. Diss. 1.*
C Dn.

Dn. Nicolai, in Proc. Jud. P. 1. c. 2. n. 17. Conrad. Ulmeus Salmureus de Advocati Stud. lib. 3. § 4. Christinaeus Decis. 99. n. 11. & seq. & decis. 100. n. 4. Vol. 2. Wissenbach. ad ff. p. 1. D. 11. th. 11. Magn. Dn. Bechmann. in Comm. ad ff. P. 1. Ex. 8. n. 53. Tabor in Diss. d. Advocat. th. 15. & Dn. Linke ibid. in Diss. de Advoc. c. 4. th. 8. Dietherr. in addit. ad Besoldum voc. Advocaten & Juristen Carpzov. P. 1. C. 1. d. 8. n. 6. H. Treutler. vol. 1. Diss. 8. th. 3. ibique Bachov. & Hunn. Hackelmann. Illustr. Qu. Diss. 4. th. 9. Scotanus D. 17. th. 10. Bouritius in Advoc. c. 7. Gryphiand. Oecon. Leg. 1. c. 16. n. 393. Bargal. l. 1. c. 4. n. 14. Alciat. ad l. 117. ff. de V. 8. ibique Gœdd. n. 7. Ludwell. in Synops. Process. Judic. c. 3. Covarruv. 1. Var. Resol. 9. 11. n. 1. Ferrarius ad l. 65. d. R. J. Sturcius ibid. n. 10. Cum quo tamen non nego, licere Advocato malitiosas cavillationes scire, ut acutè aliis, dum utuntur, occurrere possit, sed saltim requirimus, ut ita evitet, ne ipse eas usurpet.

THES. 3.

Opp.

Ad quæ si replicatur: bonum tamen esse ut ita malitia adversarii injustè litigantis quasi coërceatur, & ipse tanquam Justitiæ inimicus succumbat, præsertim cum in Legibus tolleretur talis dolus. *Respondet iterum:* Non sunt facienda mala, ut bona inde eveniant. Deinde licitum non est Jure Civili, dolò contra dolum uti. Dn. Præses in Evolut. ad Synt. J. C. Ex. 7. th. 8. & nullus planè dolus toleratur, nisi qui deprehendi nequit. Hinc eleganter ait Cicero l. 3. Offic. *Intelligas non placuisse Majoribus nostris astus; Sed aliter Leges, aliter Philosophi tollunt astutias, Leges quatenus manu tenere res possunt: Philosophi quatenus ratione & intelligentiâ.* vid. Dn. Rachel. in Comment. ad h. l. pag. 496. add. Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. 12. §. 26. Philipp. Ms. Pr. ad Inst. L. 3. Ecl. 73.

Resp.

THES. 4.

Opp. Bz.

Neque excusat istum dolum, quod aliter jus obtineri nequeat, nisi hòc modò & quod necessitas sic faciat licitum quod aliàs non esset licitum. Nam ad bonum obtinendum bona non mala media requiruntur & justa justè sunt exequenda

quenda litigia, Carpzov. *P. 1. C. 1. d. 8. n. 7.* Wendelinus
Philos. Moral. l. 1. c. 35. §. 26. Præterea tanta necessitas
non subesse videtur, ut apprehendas mala, quibus vel te
vel aliena defendas, sed sequendum hoc casu consilium
Bouricii *cit. c. 7.*

THESES.

Certum itaque est, nunquam posse convenire gra-
vi bonæque mentis advocato, ut eum appellat *Senec. Ep.*
94. victoriam magis quam Veritatem quærere, sed qui
de illâ potiùs quàm hâc est sollicitus, incidit in vitium
Prudentiæ contrarium: Et justa causa justis mediis est
vincenda, præsertim cum tanta sit Veritatis vis & poten-
tia, authore Tulliô *in Catil.* ut nullis machinis aut arte
possit subverti. Alciat. *in l. natura cavill. ff. de V. S. n. 11.*
Bargal. *l. 1. c. 4. n. 14.* conf. Gudelinus. *de Jur. noviss. l. 4.*
c. 4. p. 191. Perinde cæterum erit an ea de quibus diximus *Idem est se*
ipse Advocatus faciat, an clientem suum saltim ad quod- *Advocatus*
cunque tale impellat. Idem enim hoc casu statuen- *suum Cli-*
dum; siquidem qui alteri peccandi causam dat, peccat *entem ad*
& ipse, dicente Grotiô *l. 3. c. 1. §. 12.* *mal. fac.*

THESES.

Hactenus de dolo malò iisque mendaciis quæ pro-
priè ita dicuntur. Alia itaque quæstio est: *num Advoca. An Men-*
tus mendacio officioso ut dici solet aut falsiloquio suo tempore daci-um of-
data occasione uti possit? Hujus decisio ut patet depen- *fic. licitum*
det ex eò num tale mendacium officiosum scilicet in ge- *sit Advoca.*
nere approbandum sit nec ne? *Negant* id Augustinus &
cum eò omnes Scholastici. *Contrarium* inter alios de-
fendunt Grotius *l. 3. c. 1. §. 14.* Dn. Conring. *de Civ. Prud.*
c. 2. pag. 20. 21. B. Chemnitius *diss. de Mendaciò th. 27. §*
seq. Pufendorff. *de J. N. & G. l. 4. c. 1. §. 16.* Uffelmann.
de Jur. quo hom. hom. in serm. oblig. c. 9. § 8. & seq. Quos Au-
tores nominasse saltim, & quia ad rem nostram non per-
tinet,

tinet, obiter hîc monuisse mihi sufficiat. Jungatur etiam
Excellentissimus Dn. D. Simon. studiorum meorum Pro-
motor ætatem colendus *in notis ad Guil. Grot. cap. 14. §. 9.*

THE S. 7.

*Q. An
Cautela
Advocat.
sint appro-
banda?
Dist.*

Placet quoque pauca adjicere de *Cautelis*, quas
Ictos bonum dolum vocare adstruit Gryphiander *Oec.
Leg. l. 1. c. 14. n. 35. Numne & vis licitè possit uti Advocatus?*
Constat omnes artifices habere suas cautelas, seu cautio-
nes *εὐρηματα*, sive ut vocat *l. 66. de Fur. dot. remedia. l. 3.
§. 2. ff. de stat. lib. ibique Gothotr. it. artificia l. 15. in fin. ff.
de Excus. tut.* nimirum Theologos, Advocatos, Medicos,
Boxhorn. *Instit. Polit. l. 1. c. 15. explan. §. 2. Neviz. l. 5.
Sylv. nupt. n. 75.* Qui definit *per evitationes deceptionum cum
diligenti attentione*; habent quoque suas cautelas Politici,
Duces bellici & quamplurimas Oeconomi, de quibus
vid. Gryphiand. *l. c. l. 1. c. 8. n. 78. & c. 24. n. 174.* Nostras
quod attinet, vix prius malè audire cœperunt apud vul-
gum, quàm varia scripta hanc materiam uberius tractan-
tia in lucem prodierunt. Inter quos authores primas
fermè tenet Parens Pragmaticorum *Guil. Durandus*, & ut
vulgò vocatur *Speculator*, ut & *Barthol. Cepolla Veronen-
sis*, quos secuti *Hyppolitus Bonacossa, Thom. de Ferrariis,
Fichardus, Arnono, Ceramius, Tenninus* & alii, qui singuli
varias ejusmodi cautiones annotarunt, nec tamen omnes
ubique conscientia conformes, siquidem plures inve-
nies, quas indignas pio causarum Patrono judicabis, un-
de torfan motus *Budens* eas reprobare, quod nimirum iis
sit imputandum, sanctissimum Juris Studium ab antiquò
illò & verò degenerasse. Meritò igitur distingvenda
sunt in bonas & malas; nec omnium omninò usus hodiè
approbandus. Verus autem ille est: Advocatus quam-
libet occasionem, quâ forte ab adversariò posset decipi,
benè notet, & quasi præcaveat, ne ipsi suoque Clienti
postmodum tales captiones malitiosæ sint nocumento,
sed

sed potius feliciter evitari possint & declinari. Quas-
cunque ergo in supra citatis aliisque authoribus offen-
det, quæ hōc sensu sunt cautelæ, nec limites Pietatis aut
Honestatis excedunt, iisdem rectè utetur Advocatus.

Ergone ceteras quæ probitatis regulis obstant debet ignorare? An igno-
Dico nec earum debet esse ignarus, si nomen Jurispru-
dentis mereri cupit, cum Jurisprudencia non justis solum *rare de-*
sit scientia, sed & injustis §. 1. *J. de J. & J.* illius, ut facia- *beat Ad-*
mus; hujus ut vitare studeamus. Simili quodam ele- *voc. im-*
ganter docet Celebratiss. Dn. Conring. *de Civ. Prud. c. 5. cautelas?*
p. 72. & c. 2. p. 17. Sequentibus: non cedit in artis dede- *N.*

cus, si quid teneat minus boni, modo absit nocendi *περ-*
αιεσις. Et verò omninò est Medicæ artis, venenorum
naturam omnem pernovisse, non ut cuiquam noceat
tamen, sed ut caveat aut jam adhibita percuret. Ita quo-
que exigit officium Politici, etiam ejus qui in solis lauda-
bilibus civitatum negotiis versatur, nihil ignorasse scele-
rum, quibus Republicæ illæ solent & possunt subverti.
Advocatus ergò easdem nosse debet, non ut ipse faciat,
quod injustum est, sed ut eò meliùs sciat, quibus modis il-
licitis hisce remediis utenti sit occurrendum, ne justa sua
causa cadat atque cum eò deceptus cliens faciat da-
mnum. Præsertim verò cum multos reperiamus litiga-
tores in hâc palæstrâ exercitatissimos, quibus cum res
cuidam sit, sudabit & algebit, nam cum medios tenere eos
putat & confertis manibus, fiunt angvillæ vel Protei, di-
cente Budæo *in Forens. pag. 105.* Conf. Brederodius *tr. Cau.*
rel. in Epist. dedit. & Præfat. it. Tom. 3. tit. 7. pag. 28. & seq.
supr. cit. Sturcius *ad l. 65. d. R. J. n. 10.* & Rittershusius
Comm. ad Novell. Part. 9. c. 6. n. 74. ubi affirmat Judices
commodè dari posse ex corpore piorum Advocatorum:
Quoniam hi sibi cognitas habent decipulas, quibus
improbi uti consueverunt, & ita facilius possunt effu-
gere.

Q. Num Succedit alia quæstio : Num liceat Advocato in judi-
subtilitates eius uti subtilitatibus tanquam dolò bonò nec ne? Quod si de
sub specie inutilibus illis vanisque quærat, quas Imperatores cor-
dolò boni rigendas censent, & in praxi fugiendas monent Neviz.
sint admit- Sylv. nupt. l. 5. n. 61. Magon: de Advoc. c. II. n. 2. & c. 46.
tende? Card. Tusch. Concl. 856. lit. S. Decian. in Apol. c. II. n. 6.
Dist. vid. Gryph. Oec. Leg. Prefat. n. 37. add. Philipp. Us. Pr.
ad Inst. lib. 4. Ecl. 53. n. 6. & Vinnius. Comment. ad Inst. de
Fide com. hered. §. 7. n. 1. Respondeo, quod nullò modò
 sint adhibendæ, tam quando adversarius eiusmodi non
 proposuerit, quam si attulerit: hoc enim casu Judex ratio-
 ne officii adstrictus eas removebit. Rol. à Vall. 1. Conf. 70.
 n. 24. & 3. Conf. 68. n. 19. Carpzov. P. I. C. 10. d. 3. n. 2. & 5.
 Besold. Thes. Pract. voc. subtilitaten & ita sibi potius ipse
 afferens obstat Neviz. l. c. l. I. n. 61. ubi tradit exemplum
Studijsi, qui delectatus nimium lectionibus Aretini subti-
 litatum Principis ut audit Everh. Topic. Leg. loc. à correl. n. 11.
 Cui Jason ita consuluit dicens: Amice, istæ subtilitates
 sunt utiles, quia acuunt ingenium, sed quando es domi,
 in actu pratico sequere alias opiniones reales & commu-
 nes. Quod cum ille postea factus Doctor contemneret, &
 in primâ causâ sibi commissâ judicasset secundum opi-
 nionem Aretini, Sententia per Senatum revocata fuit, &
 hic Judex in expensas parti condemnatus, quamobrem
 præ dolore mortuus est. vid. Gryph. Oec. Leg. l. c. & seq.
 Sin verò eas quis intelligat, quæ sunt reales, veræque le-
 gis subtilitates, quæque ad investigandam in unoquoque
 negotiò Justitiam ex circumstantiis factorum & per-
 sonarum ansam dare possunt in judiciis, probandæ sunt,
 nec licitas esse Advocato ambigendum, adeò, ut ille de-
 mum priorem honoris locum occupet, qui hisce uti rectè
 noverit, & mereatur, ut ab aliis velut Papinianus à Justi-
 nianò acutissimus l. 30. C. de fidecomm. Bartolus à Baldò &
 hic vicissim à Jafone subtilissimi nominentur. vid. Ever-
 hard.

hard. Topic. Leg. loc. ab Author. n. 18. ad fin. add. Alex. ab
Alex. Gen. Dier. l. 6. c. 23.

THES. 9.

Tandem Q. Anne Advocatus dum justam causam fovet. Q. An ju-
sub specie doli boni jura allegare possit non multum efficacia, item stè facias
leges abrogatas & falsas, quibus vel Judex leviter doctus mo- Advoc.
veri possit, vel ille saltem jus suum consequi? Videmus quidem qui leges
id affirmari ab aliis, quos notat Vent. de Valent. l. 2. c. 7. abrogatas
n. 20. sed malè. Quid enim id aliud est quam dolò malò allegat &
decipere? Unde Leges talem Pœnâ L. Corn. de fals. coër- falsas; aut
cere satagunt, l. 1. pr. & l. 33. ad L. Corn. de fals. Hinc Spe- similia
culator: qui legem falsam pro verâ vel abrogatam allegat, & commit-
judex eam recipit crimen falsi incurrit, & Hostiens. in Aur. tit. N.
Summ. ad tit. de Postul. p. 333. caveat Advocatus ne falsam
legem alleget pro verâ: Nam qui fecit falsas & injustas allega-
tiones tenetur in Conscientiâ ad interesse, secundum Thom. 2.
2. q. 66. Quin & tales qui ita Judicis animum perturbare
student, in benè constitutâ republicâ non esse ferendos
ait Dn. Conring. de Civ. Prud. c. 4. p. 51. Huc pertinet calumni-
osa & malitiosa Juris interpretatio cum salvis legum verbis
sententia circumvenitur; Is enim, ut dicit Imperator l. 5.
pr. C. de LL. non evitabit insertas legibus pœnas, qui verba legis
amplexus, contra legis nititur voluntatem, & qui se contra juris
sententiam sevâ prerogativâ verborum fraudulenter excusat,
l. 14. §. 2. C. de Assess. & Domest. c. ult. 88. de R. J. in 610. Tales Rex
Galliæ Ludovicus XII. comparabat futoribus, quia sicut
his proprium est, dentibus alutam producere, ita illis Le-
ges. Gryphiander l. cit. l. 1. c. 16. n. 399. Ad eorundem
Classem referimus eos, qui Clientes malè instruunt ut fal-
sum dicant Carpz. P. 1. Concl. 1. d. 20. item testes eligunt ut
falsum deponant. Quare peccare eos dicit Hostiensis in Aur.
Summ. pag. 1585. qui faciunt positiones cavillosas ut adversam
partem decipiant, inducunt clientulum ad dejurandum, po-
nendo, respondendo, informant falsos testes, eosque examinant.
ideò

ideò tanquam homicidas teneri & infamiâ notari perpetuâ vult Thom. 2. 2. q. 5. Iisdem modis annumeranda litis protractio, imò *quæcunque talia tanquam minus licita ad bonam causam obtinendam facere videbuntur.* Conf. Gryph. l. cit.

CAPUT IV.

PROPONENS.

AFFINIA QUÆDAM NOSTRI DOLI BONI.

THESIS. I.

*Dolo bono
Advoc. af-
finis est do-
lus bonus
Judicis.*

Nter *affinia* Doli boni Advocatorum primo loco sese sistit *Dolus bonus Judicis*, cujus exemplum habemus in *Salomone* 1. Reg. 3. v. 24. qui rem occultam hujus ope componebat. Tametsi hujus super istâ re latam sententiam primò intuitu improbaverat populus, ut refert Josephus l. 8. c. 11. donec tandem compererat haud esse contemnendum, qui rem usque adeò implexam & obscuram tam sine errore & facile expediisset. Casp. Sanctius. *Comm. ad L. 4. Reg. l. 1. c. 3.* vid. etiam Grotius l. 3. c. 1. §. 15. n. 2. Alterum videmus exemplum in *Claudio Cesare*, utpote qui cum fœmina quædam nollet suum agnoscere filium, & utrinque dubia argumentorum esset fides, jubendo ut hæc isti nuberet, veritatem expressit: nam cum aliud svaderet naturalis pudor, animum aperire fuit coacta, referente Svetoniò in *vit. Claud. c. 15.* Addit & aliud *Hænedesius Ex. Imper. 32. qu. 14. de Carol. II. Imper.* coram quo nimirum aliquando pater & filius homicidii accusati fuerunt, & cum tam certum esset alterum horum facinus perpetrasse, quàm uter fecisset, incertum, jussit filium suspendere, quod resciscens Pater filium à morte vindicaturus in se pœnam transtulit, spontè crimen confessus, ideo-

ideoque suspensus est liberatō filiō. Add. Pufend. l. 4.
c. 1. §. 17. & 20. de Jur. Nat. & Gent. Annecto hisce quaestio-
nem: *Anne Judex sitanquam dolo bono usurus delinquenti* *Q. an Jus-*
liberationem & impunitatem promittat, si confiteatur deli- *dex pro-*
ctum, secutā confessione possit illum damnare? Quod negat *missum*
Decius ad l. 65. de R. J. n. 7. & 8. quia si fides data à priva- *dolo bono*
to hosti est servanda l. 5. ff. de Pact. multò magis à Judice *factum*
data fides servari debet, quia gerit personam publicam. *debeat*
Bronchorst. ad l. vit. d. R. J. quo etiam inclinat Hancedes. *servare?*
l. cit. & Fachinæus *Controv. Jur. lib. 9. cap. 61.* Quod tamen *Dist.*
adeò indistinctè concedere non possum: Quamvis equi-
dem certis casibus securitatem, (quæ tamen distincta res
est ab impunitate) promittere non solum possit inferior
Judex, sed & promissam servare, uti latè docet B. Ab-Pa-
truus meus Dn. Petrus Brem. Consiliarius quondam Saxo-
Vinar. & primus Facult. Jurid. in nostrâ salanâ Ordinari-
us in *Tract. de Securitat. Promiss. & Fid. Publ. qu. 1.* non ta-
men locum hoc habet in promissâ impunitate absolutâ;
sed distingvendum hîc cum Magnif. Dn. Præside in *Synt.*
J. Civ. Ex 19. th 89 & Diss. Crimin. 16. § 12. inter Princi-
pem promittentem & Magistratum inferiorem, ita ut illi
quidem (in iis scil. delictis ubi gratiæ Principis locus est,)
non vero huic tanquam inferiori talis potestas attribuenda.
Conf. Heigius *P. 2. qu. 32. n. 35.* P. Farinac. *de Inquis. qu.*
6. n. 2. & seq. P. Theodor. *Coll. crim. c. 10. aph. 7. n. 28* Quod
si verò Principis jussu hic fecerit, nullum est dubium quin
valeat. Imò & si absque jussu, modò nomine Principis
promissa fuerit impunitas, servandam esse fidem statuit
Princeps & Elector Saxon. constans atque Magnanimus,
JOH. FRIDERICUS I. uti testatur modò laudatus
B. Ab-Patruus meus in *citat. lib. p. asat. ad JOH. FRIDE-*
RICUM JUN. DUC. SAX. his verbis: *Cum Præs. etu qui-*
dam imprudentiùs criminoso promississet, Principem, si malefici-
um detexisset, ei pœnam remissurum; mandavit Præs. ut
promissis satisfaceret, nefas judicans, aique sub Principis no-
mine & Magistratus fide ac auctoritate decip. Interim tamen

D

pro-

prohibuit imposterum miseros reos ad confessionem delicti spe veniæ privatâ authoritate permovere. Quod ipsum ut ne fiat, itidem sancivit Sereniss. Elector. Saxon. in *Constit. Noviss. Dec. 91.*

THES. 2.

Dolus bonus Medicorum.

Medicorum dolus bonus nec adeò ignotus. Boxhorn. *Instit. Polit. l. 1. c. 15. explan. §. 2.* & Lipsius *Polit. l. 4. c. 13. §. 17.* Quem ita exprimit Lucretius:

*Sed velut Pueris absynbia terra medentes,
Cum dare conantur, prius ora pocula circum
Contingunt melle dulci flavoque liquore.*

Et Max. Tyrius *Serm. 29.* dicit: *Medici cum fastidientibus ægrotis porrecturi sunt Saporis amari medicamentum, dulcè ipsum liquore aspergunt salutarem amaritudinem regentes.* Neque dum ægroto delicato aut moroso pharmaci dulcedinem aut lenitatem persuadere satagunt, pro mendacibus habet Pufendorff. *d. J. N. & G. l. 4. c. 1. §. 16.* Quia, quod dicit *Andronicus Rhodius*, sibi propositum non habent decipere, sed servare ægrotum. vid. Grot. *d. J. B. & P. l. 3. c. 1. §. 9. n. 3.* Hic iterum possunt legi authores supra *cap. 3. th. 7.* allegati, qui mendacium officiosum latè defendunt imprimis B. Chemnitius *Diss. de Mendac.* ubi exemplis rem præsentem egregiè illustrat. Conf. etiam Rittershus. *Comm. ad l. 23. de R. J. p. 18. 19.*

THES. 3.

Dol. bon. Philos. & Poëtar.

Simile fecere *Philosophi veteres & Poëta* qui sententias salutares & optima documenta fabularum velis contegebant ac carminum suavitate mollebant ut rudes animos ad discendum magis allicerent. vid. Bargal. *de Dol. l. 1. c. 13.* Wendelinus *Philos. Moral. l. 1. c. 31. §. 22.* add. Pufendorff. *l. 4. c. 1. §. 15.* ubi post *Quæ liceat falsum dicere Pueris?* subjungit: *Quia Pueri ob rationis imbecillitatem & affectuum impetum nudam veritatem ferè aspernantur, ideò per fabulas doceri aut fictis terribilium coërceri eos expedit, quousque citra inania rerum soliditatem capere & estimare norint. Inde non ut ludibrio habeantur aut noxâ afficiantur, adversus illos figmenta adhibemus, sed quia ratione magis seriâ doceri commode nequeunt.* add. Grot. *l. 3. c. 1. §. 12.*

THES.

THESES. 4.

Parentum quoque videtur esse *dolus bonus in exheredatione* que si in utilitatem liberorum & aliàs dicitur à Jctis, bo. Dol. bon. nã mente. Rittershus. ad Nov. Comment. Part. 6. c. 3. n. 22. Hu- in exher. jus naturam explicat Sichardus ad Auth. non licet C. de Li. que fit bo. ber. prater. num. 26. & quod per eam non vitietur testamen- nã mente. tum testatur Magnif. Dn. Præses S. Jur. Civ. Ex. 10. h. 37. Philipp. W. Pract. Instit. 1. 2. Eclog. 54.

THESES. 5.

Pertinent huc etiam *Stratagemata*, quibus Opponen Affin. sunt tes solent uti in Disputationibus Boxhorn. Inst. Polit. l. 1. c. 15. stratag. explan. §. 2. Hæc enim si suo tempore & ubi decet adhi- Oppon. bentur, pro dolo bono utique licitò possunt agnosci. vid. Dissert. peenul. de Stratagemat. Opponent. M. Koppii quon- dam huc ventilata.

THESES. 6.

Ne tandem quoque plane præteream notissima & usi- Et stratag. tata in bellis *stratagemata*; Licite iisdem tanquam dolò bo- gemata nõ uti posse militantes, statuunt Hug. Grotius de Jur. B. & in bello u. P. 1. 3. c. 1. §. 6. & seq. Dn. Ziegler ad eund. l. cit. Pufendorff. d. J. sitata. N. & G. l. 4. c. 1. §. 12. 16. & 19. Laymann, Theol. Moral. Tom. 1. l. 2. tr. 3. c. 12. n. 10. L. Molina de J. & J. Tom. 2. tr. 2. Diss. 293. n. 1. Zwing. l. 3. Theatr. Vol. 7. S. Jul. Frontinus de Stratagem. Thu- cid. 1. 5. & 8. Gellius 1. 12. c. 19. Schönborn. Polit. l. 6. c. 27. Wurmser. Exerc. Jur. Publ. 8. qu. 26. Alberic. Gentil. de Jur. Bell. l. 2. c. 3. Lipsius Polit. l. 5. c. 17. & ipse Augustinus in quæst. sup. Jos. 10. Tom. 4. fol. 288. id affirmat dicens: Cum justum bellum suscipitur, ut aperte pugnet quis nec ne? nihil ad justitiam interest, quo referunt quidam Spartani Regis mo- nitum ὅπῃ λέοντῆ μὴ ἐφικνεῖται, χεῖρ τὴν οὐλα πέλιν περὶ εἰράπτεν: Ubi Leonina pellis non pertingit, oportet vulpi- nam assuere. Plutarch. Lysanar. c. 11. add. Valer Max. l. 7. c. 4. Ipsos authores leget B. L. quoniam hæc latius prosequi, ratio instituti non patitur Superatò ita & huc labore

SOLI DEO SIT GLORIA!



CAusæ patronum decet haud fallacia turpis,
Cautela ast prudens; non dolus hic dolus est.

*Eximio DN. BREMEN Jurium
Cultori industrio fautori & amico
suo, erudita Dissertationis de dolo
bono Advocati auctori, de profe-
ctibus egregiis gratulatur felicem
praxin apprecans*

**GEORGIUS ADAMUS
Struve / D.**



BRemi, bonarum gnave Cultor artium,
Pulcher Juventæ flos, Dicesque maxima
Spes & propago, cura Phæbæi chori,
Quis de locato gnaviter fundamine
In Jure legibusque sacris amplius
Dubitare diffitens velit? Quis de tuis
Cum laude nactis ambigat profectibus,
Nisi nesciens planè Tui, & cui tua
Perspecta non est diligentia & labor
Et mens ad alta semper enitens gradu
Non decente? Næ, privata testium
Loco meæ sunt lectiones, queis frequens
Tute inter Auditor fuisti, nobile
Te non locasse in otio rempus pigro.

De,

Est

Est illa testis *disputatio duplex*
Tuæ eruditionis & solertiæ
De turbido quarum alteram *Frigusculo*:
At *Juris* alteram ardui *de Regulis*
Sat acriter defenderas *me Præside*
Nec absque laude. Quin & hæc cuilibet,
Hæc, quam sub illustri gravi clypeo Viri,
STRUVIUM puto, (omnes ipsa cui dotes suas
Themis verenda contulit pleno sinu
Dextraque nil parcente,) Solem seculi
Latè coruscum, testis est certissima
Diserta disputatio. De qua Tibi
Aliis omissis rebus & ambagibus
Prout decet, medullitus congratulor
Precorque: *Fias hujus Illustris Viri*
Autoritate clarus, & profectuum
Gratis Tuorum perfruaris fructibus!

Ita Cl. BREMIUM

*Auditorem hæctenus ac Consalinum
suum dilectissimum, dissertationis hu-
jus Auctorem certissimum, ob pieta-
tem, eruditionem ac modestiam o-
mnibus Bonis sine fuce commendat*

PETRUS Müller / D.
P. P.



Illinit ingenuus Medicus medicamina melle
Ægrum ne tristis turbet amarities.
Causidicusque suum dum vult salvare clientem
Assolet innocuum sæpe adhibere dolum.
Tuque bonumque malumque dolum proponere nosti,
Atque dolo laudem vis retulisse bono.

D 3

Macte

Macte igitur virtute! gravis fortuna nec unquam
Cœpta dolo infestet nobiliora malo.

*Amoris & benivolentia ergo
Opt. Patris filio amulo ser.*

CASP. SAGITTARIUS D.

P. P.

~~~~~

**I**n dünnes Glas zerbricht / ein schlechter  
Drabt verbrennet /

Den Demantch bricht kein Fall / das  
Gold verträgt die Gluth:

Der Schmincke falsche Pracht wird also  
bald erkennet /

Wann einen scharffen Blick darauf ein  
Auge thut.

Betrug kan nie bestehn / der Arglist Schein  
muß weichen /

Wenn Urtheil und Verstand der Sa-  
chen Grund erwägt.

Vor Gott und Richtern muß so Farb' / als  
Trug erbleichen /

Der nur ein blödes Aug' oft zu ver-  
blenden pflegt.

Ein rechter Themis-Sohn liebt nicht ver-  
bothne Künste /

So Räuber wahres Ruhms / der Eh-  
re Nord-Grab sind.

Der



Der Wahrheit Sonnen-Licht vertreibt die  
zeen Dünste /

Dadurch ein schöder Mensch viel bö-  
ses Thun beginnt.

Doch ist ein kluger Rath nicht stracks Be-  
trug zu schelten:

Wann dieser wird verdamt / bleibt je-  
ner stets erhöht.

Der Weißheit wahrer Brauch muß über  
alles gelten /

Man soll behutsam seyn / wenn man  
vor Richter geht.

Viel können durch versehen das beste Recht  
verlieren /

Viel durch Vernunft und Wiß mehr /  
als durch Arbeit / thun.

Wann uns die Klugheit fan zur Sachen  
Endzweck führen /

So mag der Feder Fleiß / der Zungen  
Kunst-Schluß ruh.

Hier von wird seine Schrift ein mehrers uns  
entdecken /

Geehrter Freund / der ist in  
vollem Wachsthum blüht.

Er



Er zeigt / wie weit das Recht der List das  
Ziel läßt stecken /

Und was vor Kraft nach sich ein kluger  
Rath-Schluß zieht.

Nun Phöbus wünschet Ihm hierzu mehr  
schönes Glück /

Als Wörter dieses Blatt in seine Gränzen  
schleust.

Ich schreibe: Wo der Mond genießt der  
Sonnen-Blicke /

Da wird sein heller Schein von ieder-  
man gepreist.

Augustus Drachstedt.



**T**Er scandis cathedram cum laude. Quid ominer?  
annon

Hinc, (quia perfectum trinum solet omne notari,)  
Sufficiet, meruisse locum, qui continet illos,  
Queis Themis insignes tandem decernit honores?

*Quos Nobilissimo Clarissimoque DN.  
AUTORI ex animo preca-  
tur*

C. M. ab **HARTITZSCH**  
Eqv. Misn.





















00 A 6430

ULB Halle 3  
002 927 993




f

5b.

VD 17









C. D.  
**DOLUMBO.**  
**NUMADVOCATI**

PRÆSIDE  
DN.  
**GEORGIO ADAMO**

*Struben /*  
**ICTO CONSUMMATISSIMO, SE-**  
**RENISSIMORUM DUCUM SAXONIÆ CONSILIARIO IN**  
**TIMO EMINENTISSIMO, FACULTATIS JURIDICÆ PRÆ-**  
**SIDE ORDINARIO, ET CURIÆ PROVINCIALIS**  
**AC SCABINATUS ASSESSORE PRI-**  
**MARIO &c.**

*DOMINO PATRONO AC DOCTORE SVO OMNI HONO-*  
*RIS ET OBSERVANTIÆ CULTU JUGITER*  
*COLENDO,*

Ad d. Martii Anno 1679.

*publicè defendet*  
AUTOR  
**JOHANN GEORG *Brem/***  
**ALTENBURGENS. MISNICUS.**



*JENÆ.*  
TYPIS GOLLNERIANIS.

